



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Non umum Josephi erratum detegitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

calceum detrahere, & in faciem incutere. Quo facto Boozus duxit Rutham.

V. Verum non unum erratum Josephi hic licet animadvertere. Falilitur enim cum refert Boozum ad τὸν δεῖνα, qui ipsi propinquior erat, dixisse: *Elimelechi & filiorum sortes possides tu, τὸν δεῖνα* vero hoc fassum esse, sed *indultu legum de propinquitate*, Boosum autem etiam ursisse alteram legis partem, qua cavebatur, si possessionem agrorum vellet retinere, Rutham esse ducendam, sed τὸν δεῖνα una cum agro mulierem cessisse. Id enim minime convenit cum ea narratione, quæ in Ruthæ historia legitur. Errat quoque cum addit mulierem solvisse calceum τῷ δεῖνῳ. Id enim omnino aliter se habet. Etenim δεῖνος calceum suum ipse exstraxit. Neque verisimile est ipsam Rutham adfuisse. Sane nulla Ruthæ fit mentio. Quin Naomi differte præcipit ut quiesceret, ac totum negotium committeret Boozo. Ut colligere multo proclivius sit, Rutham fuisse absentem, ac calceum τῷ δεῖνῳ nequaquam exuisse.

330 De CALCEIS HEBRAeor.

exuisse. Gravius vero peccavit, cum mulierem refert jussam esse τύπλειν εἰς αργόν ποντού, hoc est, incurrere in faciem, ut habet versio recentior. Sed tam immanem errorrem à Josepho legum patriarcharum non ignaro, commissum esse vix credo, cum eam legem alibi recte exhibeat: ὑπελύσασσον δὲ αὐτὸν γοναῖς ἀδελψῖς τὴν σύνδεσμον, οὐ πλύνσαι εἰς ποντόν ποντού. Quare mihi visi sunt homines eruditissimi optime animadvertisse, corruptos esse hoc loco Josephi codices, & vel πλύνσαι legendum, vel πλύνειν, quorum prius

Joseph:
Ant. Iud.
l. 4. c. 8.

Drus.
Quæst.
Hebr. l. 1.
Quæst. 46.
Grot. ad
Ruth. 4
Seld. de
Suc. in
bona de
funct. c. 15.

Johanni Drusio, posterius Hugo- ni Grotio, & Johanni Sel- deno placuit. Id quod Ruffinus, Josephi interpres vetustior, confir- mat, qui vertit, *ut in faciem ejus expueret*: qua ratione ostendit se vel πλύνσαι, vel πλύνειν, recte legisse. Hinc cum tam diversis circum- stantiis historiam sacram expresse- rit Josephus, non mirum si erra- verit circa illum ritum qui in ea legitur de calceo detracto, atque eundem voluerit esse cum ea ceri- monia, quam in lege de leviratu præcepit Deus, cum plane fuerit diver-